

## EPIST. CXXIII.

Augustinus Orontio, resalutans eum:

Domino eximio meritoq; honorabili & suscipiendo filio, Orontio,  
Augustinus.

**A**go gratias, quod adventum Eximietatis tuae literis etiam præve-  
nire dignatus es, & ante contitum misisti colloquium, ut tuo pri-  
us affatu, quam aspectu, frueremur, & diu desideratam notitiam episto-  
lari solatio quodammodo prægustantes, expectaremus avidius & ar-  
dentius, quod jucundius gratiusque caperemus, Domine eximie, me-  
ritoque honorabilis & suscipiente fili. Reddo itaque meritis tuis &  
præcurrentibus officiis debitum \* resalutationis obsequium, incolumi-  
tatem tuam gaudens nunciatam, optansque continuam. Et quod re-  
scripta exiguitatis meæ jure prærogatiæ benevolentiae reposcendo addi-  
disti, dicens: *Si tamen id de tanta Sanctitate possimus promereri: nullo  
modo audeo desperare, sanctitatis ejusdem, cuius haustu pro nostro  
modulo aliquid \* sumus, ipsum fontem non solum laudandum, verum \* al. fuxi-  
etiam nobiscum participandum, & tuæ Prudentiæ placitum, ut Deus mus,*  
incomparabiliter atque incommutabiliter bonus, qui per suam poten-  
tiam tam bonæ mentis est institutor, sit etiam per gratiam restitu-  
tor. Incolumem te Deus Omnipotens felicioremque tecatur, Do-  
mine eximie, meritoque honorabilis ac suscipiente fili!

## EPIST. CXXIV.

Augustinus Olympio, ad dignitatem proiecto, ut eâ recte-  
utatur; commendans ei caussam Bonifacii.Domino dilectissimo & in Christi membris honorabiliter ample-  
ctendo filio, Olympio, Augustinus.

**Q**uicquid sis, secundum seculi hujuscum; nos tamen chaffissimo  
& sincerissimo conservo, Olympio, Christiano, \* fidelissime scri-  
bimus. Hoc enim tibi esse scimus omni gloriâ glorioius, & omni sub-  
limitate sublimius. Fama quippe ad nos pertulit, honorem te adeptum  
esse celstorum; quæ utrum vera esset, nondum apud nos fuerat confir-  
matum, cum hæc scribendi provenit occasio. Sed quoniam novimus,  
te à Domino didicisse, non alta sapere; sed humilibus consentire; quolibet *ad Rom.*  
culmine proiectus esses, non aliter, quam soles, literas nostras te acce-  
pturum esse, præsumimus, Domine dilectissime, & in Christi membris  
honorabiliter amplectende fili. Temporali vero felicitate ad æterna  
lucra te prudenter usurum, minimè dubitavimus, ut, quanto plus potes  
in hac

636.  
V. Possid.  
Ind.\* Al. resul-  
tationis

12,16.